

Dir. / indir. Reflexivität

RHH §§ 193; 264

NM §§ 470-472; 82-86; 455

1. senatui populus ipse moderandi et regendi sui potestatem tradidit.
2. illa orationis suae cum scriptis alienis comparatio [...] non mediocris contentionis est.
3. Socrates, cum ei scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, [...] non invitus legit.
4. Helvetios [...] in fines suos [...] reverti iussit.
5. homines prius ipsum illud, quod proprium sui iudici est, audire desiderant.
6. orator pervestigat, quid sui cives [...] cogitent, sentiant, opinentur, exspectent.
7. Ad haec Ariovistus respondit: ius esse belli, ut, qui vicissent, iis, quos vicissent, quem ad modum vellent, imperarent. Item populum Romanum victis non ad alterius praescriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse. Si ipse populo Romano non praescriberet, quem ad modum suo iure uteretur, non oportere se a populo Romano in suo iure impediri. Haeduos sibi, quoniam belli fortunam temptassent et armis congressi ac superati essent, stipendiarios esse factos. Magnam Caesarem iniuriam facere, qui suo adventu vectigalia sibi deteriora faceret. Haeduis se obsides redditurum non esse neque his neque eorum sociis iniuria bellum inlaturum, si in eo manerent, quod convenisset, stipendiumque quotannis penderent; si id non fecissent, longe iis fraternum nomen populi Romani a futurum. Quod sibi Caesar denuntiaret se Haeduorum iniurias non neglecturum: neminem secum sine sua pernicie contendisse.